

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Rudolphi Goclenii Exercitationes et disputationes ethicae & politicae**

**Goclenius, Rudolph**

**Marpurgi Cattorum, 1601**

LXXV. An omne justum sit justum simpliciter?

[urn:nbn:de:bsz:31-109121](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-109121)

*An omne justum sit justum simpliciter?*

Negatur.

**C**UM quædam frequententur in Politis, quæ injusta alicui videantur, quæritur: An omne justum sit absolute justum. Id verò merito negatur. Quædam enim justa sunt ex sequera contingentia, ex avariâ, non necessaria: Id quod Aristoteles quoq; docet disertè 3. cap. .Eth. Nicomach. Habent enim tantum probabilem rationem, & possent aliter constitui. Exempli causa: Jure consuetudinis pessimè per imperium Romanum in successione feudorum excluduntur fœminæ, ita, ut præter dotem eis nihil detur. Hoc in speciem iniquum videtur, & pugnat cum æquitate naturali, quæ requirebat, ut fœminæ cum masculis in bonis paternis pariter succederent. Sed quia jus illud seu consuetudo (quæ lex avariæ) probabilem habet causam, propter bonum publicum, iniquitas illa dissimulatur. Interest enim Reipub. ut militem habeat, quem bonis feudalibus tanquam autorameto & stipendio annuo sustentet, ut quoties opus sit eo uti possit. Masculi igitur qui ad arma tractanda, quibus patris focis atque defenduntur, facti sunt, merito fœminis, ad lenam & colum natis, in successione horum bonorum præferuntur. Jure positivo fures capitali

Publica privatis antefacienda bonis.

capitali sup  
victur, &  
nam & vici  
penam hanc  
rationem pro  
in infinitum  
de sunt par  
fibus no  
tere: Est  
cens ad ju  
oz prob  
tam. Qu  
pugnet  
plus no

TR  
r  
mus.  
Aspe  
milit  
Mag  
sto, v  
inter  
nand

capituli supplicio afficiuntur. Injustum hoc videtur, quod nulla sit proportio inter pecuniam & vitam: ideoq; nec inter delictum & pœnam hanc. Sed valet hoc jus propter rationem probabilem, quæ est, crescentibus & in infinitum grassantibus delictis, exasperandæ sunt pœnæ. Capituli pœnam jus naturale furibus non decernit, sed tantum dicit in genere: Furta sunt punienda. Jus positivum recens ad jus naturæ addit circumstantiam pœnæ probabili ratione non necessariò definitam. Quid verò, si lex constituta ex diametro pugnet cum Decalogo? Tum vim legis amplius non habet.

## LXXVI.

*An verè dictum sit: Summum Jus, summa injuria?*

*Affirmatur ~~verè~~ n.*

**T**RITUM sermone proverbium est: Summum jus, summa injuria. Quod quomodo accipiendum, de eo punctim agemus. Ut Æquitas opponitur duobus vitiiis: Asperitati, nimiaque vehementiæ: & calumniantis: Ita Summum Jus dupliciter accipitur. Magis propriè pro stricto jure seu rigido justo, vel judicio, sine mitigatione, quam legislator admitteret propter aliquam non aspernandam circumstantiam: ut cum adolescens

Bb 4

sanabili